

amoris incendium iutarer. **C**ui enim tam ferreum peccatum non
mouetur ad gemitum. non armaretur ad bonae uoluntatis af-
fectum cum milites delicatum hominum genus ambulare
cernes uias difficiles et maternas nobiles praerentudie
uix se ferentes discalciatis pedibus uestigia praecedentium
insequentes. **S**ed et fratres mira eorum amplectentes deuotione
maxime quam in causa sancti aduersariorum personam deuoti ges-
serunt uel ad uerbum rem cordis pacem puocarunt ordina-
tis laudantium choris honorifice eis obuiam processerunt.
Non solum autem ipsi sed et uniuersitas ciuitatis pro parte
distincta statutis diebus eodem processionebus scemate ue-
niebat discalciata. **R**eligiosi quoque quorum maxima
pollent multitudinem cum parte ciuitatis quam inhabi-
tant et gruo processioneis ordine discalciati praecedebant.
Episcopus sacra cleri comitatus castra nudatis pedibus re-
uerenter accedit. **S**ed potestas cum militum cuneis et in-
numis populorum turmis adueniens calciamta de pedi-
bus soluit. **S**imiliter autem sacra religiosorum et uetus
qui in uillis et castris circumadiacentis religiosis copi-
osius habitant sacris uestibus indutus et pedibus discal-
ciati uias duras alacri deuotione currebant. **A**d est
proinde litterarum turma scolarium quorum non medio